

TABULA 487.

## STAPELIA GLAUCA.

PENTANDRIA DIGYNIA.

CHAR: ESSENT: *Cal.* 5-partitus. *Cor.* quinquefida vel decem-dentata. *Nect.* corona duplex stellata. Exterior 5-partita; interior 5-phylla, foliis subtrifidis saepe cornutis. *Folliculi* 2. *Sem.* comosa.

STAPELIA *glauca*: corollis quinquefidis, laciniis ovatis, reflexis, margine clavato-fimbriatis, coronae exterioris, laciniis, obtusis, emarginatis, cornubus clavatis, depressis, appendicibus inaequaliter bipartitis, caule obtuse-tetragono, glauco. *WILDENOW Enumer. Plant. Hort. Berol.* 279. *v. JACQ. Stapeliae*, fasc. I.

*Habitat ad Caput bonae spei.* 5.

RAMI erecti, tandem bipedales et ultra pollicem crassi, glabri, rore glauco et subcaerulescente toti, suffusi, nonnunquam ex eadem reptante sub terra radice plusculi, tetragoni, rarius hexagoni; angulis rotundatis, crassis, obtusis, dentatis; dentibus patentissimis.

PEDUNCULI ex superiore parte ramorum aggregati, mutuo succedentes, plerumque ex tuberculo sive pedunculo communi brevi crassoque, teretes, glabri, uniflori, patentissimi, a tribus ad sex uncias longi.

CALYCIS foliola quinque, lanceolata, acuta, glabra, patentissima, fusciscentia. COROLLA foetidissima, diametri biuncialis, foris sordide vires et striata, intus sordide et saturate sanguinea cum fundo pallente, semiquinquefida.

*Tube* vix ullus. *Laciniae* ovatae, acutae, fimbriatae, caeterum glabrae, brevi fere totae revolutae. *Fimbriae* sunt capillares, superne in laminam spatulatam, planam abeuntes, ipsam inferne saepius pilis, minutis, capitatis, utrinque ciliatam, totae purpureae ad levissimum vel halitum mobilissima et trepidantia.

NECTARIUM *saccus* purpurascit. *Rostra* sunt clavata, obtusa, flavescencia cum punctis rubris erecta inferne, dein patentissima. *Alae* subulatae, breves, acutae, patentissimae, purpureae. *Ligulae* fere quadratae, retusae, atrosanguineae, patentissimae.

PERICARPIMUM: *folliculi* recti, acuti, quadri-unciales, fusi, glabri.

Obs: Diu hanc plantam dubitans pro Massonis *Stapelia revoluta* habui; sed tantem vicit discrimen; quod in corollis antice conspectis manifestum est; notabilius in ramis, qui in *revoluta* describuntur acuti, cujusmodi etiam cum sulcis profundis depinguntur in figura Massoniana, quod contrarium obtinet in hac *glauca* mea. Unde ceu novam speciem propono. *v. JACQ. l. c.*

*Planta naturali magnitudine.*

1. Nectarium auctum. 2. Fimbria capillaria aucta.